



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Quæ sunt caussæ actionum Virtutis?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](#)

cum voluntate diuina. Sit autem in voluntate electio libera, magna firmitate, & quadam exalta constantia amplectens iudicium, nec cedens contrariis ventis affectuum, sicut scopuli non cedunt ventis aut fluctibus in mari.

Hoc modo, quoties de definitione virtutis dicitur, eundem est ad causas et primas normas. Rectissime igitur additur huic definitioni virtute. Virtus est habitus, inclinans voluntatem, ut constanter obediatur recto iudicio propter Deum, ut & gratitudinem ei declaret, & Dei voluntatem alijs ostendat, sicut inquit Christus: L<sup>e</sup>ceat lux vestra coram hominibus, ut glorificetur Pater vester celestis. Et Psalmus: Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino.

Mat. 5.

*Reliqua huius  
capituli vide  
de locis o*n*u*m*  
in p*ar*tic*u*le  
volit*u*re 03.*

*III CAPUT.  
Cœ virtutis.*

b. 2. cap. 5.

Aristoteles virtutem nominat habitum. Constat autem habituum causas esse conuenientes actiones. Deinde necesse est queri actiones efficientes et adiuuantes causas, vel actio-

*Remota de  
Efficien  
Proprieta  
Actio  
Habita  
Voluntas  
libera  
obediens*

*num, efficientes et adiuuantes causas, vel actio-  
nem, et voluntatem, et propria-  
tatem.*

Efficientes causæ et propinquæ seu actio- se-  
cundū Philosophiā sunt: rectum iudicium metis,  
et libera voluntas, obediens recto iudicio: Visita-  
rū est autem vocare rectum iudicium dictamen recte rationis

rationis, quod est lex naturæ, & aliae leges con-  
gentes cum recto iudicio naturali & diuina le-  
gi. Suprà autem dixi, hoc iudicium rectum esse,  
qua congruit cum norma æterna & immota,  
qua est in mente diuina, patefacta in Decalago.  
Sapè enim alias dictum est, legem naturæ noticie  
millam esse de moribus congruentem cum mene  
diuina, patefacta in Decalogo.

Altera causa est voluntas, de cuius libe-  
rte postea dicemus. Est enim & libertas singu-  
lare donum Dei in natura intelligente, & pars  
imaginis Dei in homine, ac vult Deus reliquam  
esse aliquam libertatem, ut assu fieri homines et  
disciplina regi possint. Imò ut postea etiam re-  
tati dona Dei retineant.

Causæ adiuuantes, vel auxilia sunt hæc  
Doctrina, naturales impetus, & disciplina. <sup>adiectionis</sup>  
Sicut enim in artibus opus est his adiuuantibus  
iussis, ita & in moribus. Nemo sine doctrina  
scit architectonicam. Etsi enim natura tenemus  
principia quædam, tamen illæ ipsæ naturales no-  
ticia, exuscitanda & illustranda sunt doctrina.  
Quare in ijs gentibus, ubi doctrinæ lux extincta  
fuit, aut adhuc extincta est, obscurata est & na-  
turæ nocet, ut Lacedæmonij concedebant pa-  
cisci cum viro de uxore.

Ideo & Deus sua voce Legem promulgauit, ut  
quenquam erat scripta in natura, tamen voce do-  
ctrinæ

et rimæ tradaretur, repeteretur, & inculcaretur hominibus, et extaret testimonium illustribus testimonijs propositum, noticias naturales congruentes cum illa voce diuina, legem Dei esse. *Ac deut. 6. disertè dicitur: Acues ea filii tuis, id est, non trades tecta squallore, vel non neglige ter trades, sed limata & illustrata propounes, repetes, seuerè exiges disciplinam.*

*Sa  
luit ab expiaria.*

Altera adiuuans causa, est naturalis inclinatio. Verum est enim, virtutes firmiores fieri in illis, qui à natura adiuuantur, *Vt Musici, Poeta, Pictores feliciores sunt, quos natura adiuuat in operibus harum artium. Ita in Alexandro, Iudeo, excellentior est fortitudo, quia naturales impetus habent, vel incendia potius, quæ sunt harum virtutum ostenditæ.*

Discrimen autem hoc loco virtutum herocarum & communium considerandum est. Non heroicæ dicuntur, quæ excellentibus naturis habent ardentes impetus. Communes sunt in mediocribus, non monstrosis hominibus, quia etiam mediocres naturæ non monstrosoe, flecti ad uitatem doctrina & assuefactione possunt, quia Deus vult hanc hominum naturam capacem esse doctrinæ & virtutum. Quæstio est autem, unde sint hæc naturarum discrimina, *Paulus bonas & felices inclinationes, vocat dona Dei. Sed Physici causas in temperamento querunt, & manifes-*

*Corinth. 7.*

*sum*

sum est, temperamenta & inclinationes aliquo modo cum stellis congruere. Quare non dubitamus est stellarum lumine misceri temperamenta, & accendi inclinationes.

### De Disciplina.

Tertia causa adiuuans est disciplina, quæ ut  
hoc loco vocabulum usurpatur, est assuetatio, quæ  
est in potestate humanæ voluntatis, et est doctrina  
re cogitatio, & gubernatio Locomotivæ seu ex-  
tremorū membrorum ne ruant in scelera contra  
conscientiam, & est mediocris diligentia vitæ  
di illecebras & occasiones, sicut amantibus præ-  
cipitur, ut discedant ex locis ubi amant, iuxta  
versum: Quantum oculis, animo tam procul libit  
Item. Vitare peccata, est vitare occasio-  
nes peccatorum, Item: Qui amat periculum, perire Syrac. 3.  
bit in illo. Et manifestum est multorum mores  
malis sodalitijs corrumpi. Quare Paulus dicit: 1. ad Corin-  
Corrumpunt bonos mores consortia prava. Et  
Aeschili dictum sit notum, αὐτὸν κάκοιον οὐδείς γίνεται πάτερ.  
αγκαλίᾳ. Et vetus præceptum est cuiusdam Sea-  
nis Eremitæ: αγνοεῖσθαι εὔκρατε καὶ τοὺς  
χλόες φεύγειν, ταῦτα γένεται συδιατρυτο-  
μητικά πλευραὶ απορράχοι. πολλῇ γαρ εἰς τούτην  
τοῖς χλοῖς ἡ τρέχαχη. Non igitur negligas  
disciplinam, sed sciamus diuinitus præcipi-  
mus intenti, nec laxemus frenos vitiosis cua-

D pidiæ